Universitätsbibliothek Paderborn

De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv, Commentarii

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Vexant reuersos ad sanctam Ecclesiam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

Visual Library

id adeò non negabant; vt vnum obſtare Caniſium quererentur, ne Euangelium ipſorum Auguſtæ procederet. Quin etiam de grege fuit eorum, qui inter audiendam illius Diſputationem erupit in hanc vocem. Profectò reſiſti veritati non poteſt. Hoc ergò procacius, qui inſtar ſurdæ aſpidis obturabant aures, deſtituti verò robore, & iuſta cauſa, maledictis, & calumniis, & ſcommatis mordacibus, & ſcurrili petulantia, & omni genere illiberalis, impudentisque artis in Ieſuitas, maximèque in Caniſium incurrebant. Peſſime quos regreſſos ad ſanam mentem accipiebant; Et quibus poterant, inurebant turpitudinis notis, & afficiebāt detrimentis. Vnde fiebat, vt multi comperta fallacia Hæreticorum, neque illis commendare ampliùs aures, animasque permittere ſuas vellent, neque ſociare ſe orthodoxis glorioſæ metu infamiæ, damnoſisque prohibiti emolumentis auderent. Inuitabat ſecunda hæc aura, benignusque adeò diuini Spiritus afflatus Mercatorem cæleſtem vt tota explicaret vela. Et quanquam iam diu ſupra humanam imbecillitatem labore contenderat, tamen vt aliquid noui aſſiduè moliretur, per Magni iejunij tempus eius, quem exquimus

Vexant reuerſos ad ſanctam Eccleſiam.

Caniſij indefeſſa induſtria.